Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift



69

desta .s. uocitantur. Si inquat tu
or diuidas quarta pars quadran
tis nomen. Residue tres dodran
tis accipiunt. & huius disciplinae
regula soluitur quod plerosq; turbat
Inperitos quia philippus in exposi
one beati iob aestum maris oceani
cotidie bis uenire describens adiun
xerit huncuius aequinoctialis
horae dodrante transmisso tardi
us fieri inter missione siue die ueni
re siue nocte. Porro si per tria
quid diuidere cupis tertiam partem
trien. Duae residuae bissem nun
cupabis. Si pduo dimidium semis
appellatur. Sic & cetera quae uerbo
melius conloquentis quam scriben
tis stilo disciparitter & doceri
queunt. Item de corporibus siue
miliarium siue stadium siue iugere
rum siue pertica siue & iam
cubitum pedem ue aut palmum
partiri opus habes praefata ratio
ne facies. Deniq; & in exodo di
midium cubiti semis appellatur.
Narrante mose qd habuerit arca
testamenti duos semis cubitos
longitudinis & cubitum ac semis
sem altitudinis. Et in euangelio
quarta pars totius mundani cor
poris id est terra mristicae qua
drantis nomine censetur cum mit
tendo in poenam peccatori dicitur.
Non exies inde donec reddas nouis
simum quadrantem id est donec
luas terrena peccata. Ut beatus
agustinus exponit. Hoc enim
inquit & peccator audiunt. Tra
es. & in terram ibis. Quarta siqui
dem pars distinctorum membrorum
huius mundi. & ea nouissima tra
na inuenitur. Ut in cipias a caelo
secundam aerem numeres aquam
tertiam quartam terram.
Qui & iam in expositione euangelii
ubi scriptum est. Erat autem
paras ceue parchae hora quasi
sexta huius disciplinae meminit
dicens. Non enim iam plena sexta
erat sed quasi sexta. id est per
acta quinta & aliquid & iam
de sexta ee coeperat. Numquam au
ti dicerent quinta & quadrans
aut quinta & trien aut quinta
semis aut aliquid huiusmodi.